Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gua tua. & odor uestimentorum tuorum
sicut odor thuris. Hortus conclusus est
soror mea sponsa. hortus conclusus.
fons signatus. Emissiones tue para
dysus malorum punicorum cum pomorum fruc
tibus. cypri cum nardo. nardus & crocus.
fistula & cynamomum cum uniuersis lig
nis lybani. mirra & aloe cum omnibus
primis unguentis. fons hortorum puteus
aquarum uiuentium. que fluunt impetu
de lybano. Surge aquilo & ueni au
ster. perfla hortum meum. & fluent aro
mata illius. Vox sponsi. ecclesiam que super
locuta est laudantis. & laudando ad
perseuerantiam boni propositi eam hortan
tis. Quasi dicat. Quia tanta affectione tendis
ad conuertendas gentes. & ad conuerten
dos iudeos. quia pulchra es in utroque; tu dico